

miserat defensorem. hic cum teneret imperium, multas leges ac iura 34
praescripsit, multis ciuitatibus immunitates uectigalium dedit, multos
Romana ciuitate donauit.

Huius acta cum conatur Lepidus in suo consulatu subuertere, contra 35 (VI)
5 collegam Catulum ciuile proelium gessit et uictus est. nam congregatis 36
his, in quorum possessiones nouos colonos de suis militibus Sylla uictor
inmisit, ac sibi coniunctis liberis proscriptorum ingentem congregauit
exercitum pollicendo, si uicissent, se bona patria restitutum. plebi 37
quoque multis muneribus publice priuatimque largitis carus uidebatur ac
10 publicae libertatis assertor. sed in Etruriae litore commisso proelio 38
coeperat Lepidus esse superior per armatam multitudinem, quae odio
rerum Syllanarum se Lepidi partibus applicarat. sed Pompeius de Gallia 39